



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis Universa

Ad Mentem Præcipuorum Theologorum & Canonistarum, per Casus  
practicos exposita, nunc quartò ab ipso Authore revisa ... & in 4. Tomulos  
sic divisa, ut pro libitu in duas aut 4. Partes commodè compingi possit

Per XXXVI. Casus Exhibens Materiam de Conscientiâ, Legibus, Peccatis,  
Fide, Spe, Charitate, Jure & Justitiâ

**Jansen, Leonard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1752**

**VD18 13475452-001**

Ad Lectorem amicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39804**

## Ad Lectorem amicum.

**E**Cce habes amice Lector totam Theologiam Moralem per Casus non fictos aut Metaphysicos, sed practicos expositam, idque stylo simplici & claro, methodo tam docentibus quam discipulis perfacili, premissis enim explicatisque principiis generalibus subjungitur practica eorundem ad Casus particulares applicatio, insertis suo loco Propositionibus à sacra Sede condemnatis, ut doctrinam sanam ab erroneâ & noxia facilius discernere valeas: nolui esse prolixior, ne opus ad nauseam Lectoris excresceret; nec æquo brevior, ne vel obscuritas sensum everteret, vel deesset, quod scientiæ avidior desiderare posset: si erraverit stylus, benevolentiam connivebis; si typus, menda silendo corriges; si auctoritas allegata fuerit prolixior, utique non improbabis, nam studio fuit quaesita, moralis enim doctrina non proprio, sed alieno comprobanda erat testimonio, omnia sub Censura S. Romanae Ecclesiae, à qua si unum jota aut unus apex aberret, hisce revocatum volo. Vale & fruiere.